

et capam unam de panno albo vel de panno albo de
lana; cammuras duas, bracas duas de camuracio, peria
duo de caligis de panno albo de lana, et de scarpis par u-
num per mensem, et pro vidanda, humerum unum simi-
liter de fumento per mensem.

[14.] Item stinebatur in marestalla aracie senescalcus unus, qui
habebat iumentum unum de iumentis curie sterilitus ad equi-
tandum; qui recipiat, sicut unus ex iumentariis solidi ^{os} et
vidanda pro se; qui etiam senescalcus debebat recipere fru-
mentum, ortum, ferros et alia queque necessaria marestalle,
et ministrabat ei, prout expediebat, iuxta statutum predictum.

[15.] Item pro luminariis marestalle dantur per annum
de oleo ad sturum Bari olei staria quinque.

[16.] pro faciendis etiam medicinis et implastis dantur
similiter per annum de oleo ad sturum Bari staria tria.

[17.] Item pro quolibet preposito araciavum et marestalla-
rum dantur per mensem pro expensis ad dictum pondus ta-
reni septem et medim.

[18.] Capita autem retine et pastore ac lucis modi alia,
que sub statuto non comprehenduntur, ministrari consueverunt,
^{prout} ~~prout~~ necessitas requirebat. ~~cui dabantur solidi et vidanda,~~
~~et dant senescalco.~~

[19.] Item deputatur notarius unus cum senescalco ad
scribendas rationes eiusdem, qui habebat iumentum u-
num sterile de iumentis curie pro equitatu suo; cui
dabantur solidi et vidanda, sicut senescalco.

[20.] Item pro quolibet mulo et armo vel asina seu mula,
cum custodiebantur ad presepia, dabatur pro annona per